

Priuilegium Cæsareum.



ERDINANDVS SECVNDVS
Diuina fauente clementia Electus Ro-
manorū Imperator semper Augustus,
ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ,
Dalmatię, Croatię, Sclauonię, &c. Rex,
Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ,
Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ & VVir-
tembergæ, &c. Comes Tyrolis, &c.
Agnosimus & vigore præsentis Diplo-
matis notum facimus vniuersis, Quod
cum Noster & Sacri Imperii fidelis di-
lectus Godefridus Tampach Ciuis & Bibliopola Francofurten-
sis suppliciter Nos rogarit, postquam ante quam plures annos,
cum assensu & licentia Osualdi Crollii, quem Diplomate Typo-
graphico decennali aug. mem. Imperator Rudolphus, Dominus
patruelis & prædecessor noster colendissimus clementer muniue-
rat, eiusdem supradicti auctoris **BASILICAM CHYMICAM**
præstantissimis Chymicorum Remediorum è lumine Gratiæ &
Naturæ desumptorum experimentis refertam in publicum edide-
rit, eoque nomine vltra sumptus, labores quoque & molestias
haud leues senserit, vt ipsum denuò super hoc ipso Opere, quod
publicæ vtilitatis causa rursus prælo submittere cupiat, Priuile-
gio Impressorio ad decennium contra æmulatorum fraudes secu-
rum reddere dignaremur. Nos sane pro benigno desiderio no-
stro, vt tuendæ valetudini lucubrationes oportuna in vtilitatem
publicam redundent, & qui eo nomine desudant indemnes con-
seruentur, humilibus istiusmodi precibus deesse noluerimus.

Quamobrem auctoritate nostrâ Cæsareâ vniuersis & singu-
lis Typographis, Bibliopolis, & aliis quibuscunque librariam ne-

gotia-